

XLI. Collegit quoque epitaphia, & imagines Comitum & Landgravorum *anonymus Vinariae* an. 1624. sub titulo: *Bildniß und Grabschriften der Grafen und Landgrafen, auch Gräfinnen und Landgräfinnen in Thüringen, so viel derselben auf Grabsteinen im Closter Reinhardtsbronn zu sehen.*

XLII. *MSC.* Codex in bibliotheca mea extat, qui historiam Thuringicam complectitur ab origine ad annum 1525. fol.

Hassiae Landgraviatum, eique annexos comitatus, in primis diligenter recenset. Waldecciorum etiam comitum vitas describit. In cuius voluminis lectione eruditus lector non sine fructu versatur.

XLIII. *Iob. Iusti WINKELMANNI vom Ursprung und Anfang der Thüringer* (b). *Brem.* 1694. 8. (*).

XLIV. *Sam. REYHER monumenta Thuring. Landgravorum ac Misniae Marchionum, quae in sepulchris spectantur* (c). *Kilonii* 1692. fol.

XLV.

(b) *Scriptor concisus est, Hassiae Studiosus.*

(*) *Iob. Georgii REINHARDI antiquitates marchionatus, & origines Landgraviatus Thuringici, Dresdae* 1712. 4t. (†).

(†) *Auctor an. 1719. morte praematura obiit, Saxonico electori a consiliis ecclesiasticis. Liber est eruditus, & cum cura scriptus, emendatis passim Sagittarii & Tenzelii opinionibus. Sed formula imperii Thuringici eum latuit, quo lumine indiget hoc opusculum. Tum enim intelligetur demum, lubrica principia hic esse, quae a nominum varietate Landgravorum & Marchionum solent repeti. Vtinam duumviris rerum Gothanorum scriptores non idem imposuisset glaucoma.*

(c) *Sed multa eorum non videntur genuina, quoniam iuniorum sapiunt aetatem. Ceterum imagines scite pictas refert cum inscriptionibus & genealogiis, ut inter potissima Thuringiae monumenta omnino mereatur referri. Possideo exemplum manu viri eruditi aliquot in locis auctum & emendatum.*